

ret, nihilominus tamen satis mirari & initium, quomodo id accidat, satis perpendere non posset, qua ratione videlicet tam nobilissimus thesaurus ex cinere vratur, & rursus in cinerem redigatur: In isto cinere est Sal, & quanto magis cinis vratur, tanto magis cineris præbet: Hoc obseruato, quod illud ex igne proueniat, & in ignem redeat, quod ex terra prouenit. Et fateri omneis necessum habent, quod in Sale duo Sales fient, qui Mercurium occidunt: hic sermo subtilissimus, hoc est Sulphur, & radicoſa humiditas, nascitur in terra subtilissima, & exinde fit Philosophorum lapis, qui res omnes facit, dum Philosophi scribunt, & inquit, fieri ex vna quadam re, vna ex natura, & nullã rem peregrinam ad illã accedere. Illa nunc res omni tempore reperitur rebus in omnibus apud omneis homines in vniuerso mundo, & in se quatuor elementa complectitur. O rem hac in arte facilimam, quod adeo stupidam & abjectam rem tot quærant homines, nec illam tamen pauci reperiant. Publicè in libris inuenitur, quod ars iusta, & verax fiet in re, & sal, suumque ingressum præbeat. Pro quo beneficio & creatione Deo laus & gloria, in sempiterna secula. Multa in super hac de re, juxta sapientum dicta, qui multa de sale indignant, scribenda essent: Sed heic vnicuique, quicquid legerit, suum relinquam iudicium, sed solummodo scribam de illius ingressu, fructu, vita, quomodo hortus aperiendus, & rosæ nobiles in agro suo conspiciendæ fient, qua ratione videlicet sese augeant, & mille plum fructum ferant, & cadauer iterum manifestum reddatur, adque immortalem vitam resuscitetur, vt imperfecta corpora ingredi, illa purificare, & ad plenariam perfectionem reducere

ducere